

Lateinischer Wochenrückblick

30. April 2010, 11:00 Uhr

Nuntii Latini Septimanales 30. 4. 2010

Lateinischer Wochenrückblick 30. April 2010

**Catena humana contra vim atomicam**

Ad centum viginti milia hominum convenerunt, ut energiae atomicae reclamarent. Ad tale propositum per multos annos maior hominum multitudo non congregaverat. Formaverunt catenam humanam centum viginti chiliometrorum inter vicum Krümmel et oppidum Brunsbüttel.

Mixa paratus est ad munus deponendum

Walter Mixa Augustae Vindelicorum episcopus Benedicto sexto decimo papae scripsit se paratum esse ad munus deponendum. Ad id impulsus est, cum ei crimini datum esset, quod olim pueros verberavisset.

Aygül Özkan ministra civitatis facta

Primum in Germania in mulierem e familia peregrina ortam officium ministræ civitatis delatum est. Aygül Özkan Turcica origine in Saxonia Inferiore est facta ministra rerum socialium, feminarum, familiarum, valetudinis accommodationisque socialis.

Weitere Informationen:

[Nuntii Latini Septimanales 30.4.2010, \[1:24\]](#) 

[Lateinischer Wochenrückblick 30. April 2010 \(deutsche Fassung\)](#) 

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/wochenrueckblick/latein/nachrichten196.html>